

PVNCTVM V.

De Musculis.

TAB. XV. TESTACEA, quae vulgariter Musculi vocantur, Plinius quandoque myias, aliquando myiscas, non nunquam myscos, saepe musculos appellat. Athenaeus μύας, Aristoteles ἐλάττες μύας, vocant, moderni Graeci μύδιον, id est, parvum musculum dicunt: nos musculos simpliciter minores appellamus. Rondeletius ita eos describit. Sunt ex ostracodermorum genere, quae tenui testa et duplice continguntur, circa saxa aut ligna nascentur piles, et veluti lana alligantur. Testa foris nigra, fere semper vel musco vel lanagine obducta, intus laevis et splendens; ex albo caerulea, parte acutiore crassior et spissior, reliquo ambitu rotundo tenuior. Caro intus pallida, cum non cruda est, cocta vitellis ovorum similis, in ambitu fimbriata, in eo foramen est evidens ad attrahendam aquam, neque enim per villos trahit: in media carne est particula carnosa linguae similis: inest et mutis, et pituita quae-

dam glutinosa, callo albo adhaeret. Reperiuntur et in mari et in aqua dulci stagnante: nunquam vero fere in rapidis fluminibus.

Ubique fere in Cibum cedunt, sed optimi sunt Ephesii. Marini commodum praestant nutrimentum: qui in aqua sunt dulci, carne sunt dura, concoctu difficulti, pravi succi. Laudatissimi qui in inferiore Germania ex Oceano Germanico capiuntur. Medicinam si spectes, ad ciendam album et urinas multum praestare vult Athenaeus, cui Celsus adstipulatur. Marinum tritum ex oleo vetere talorum tumoribus et doloribus impositum mederi, Marcellus Empiricus reliquit. Aquatiles ad nebulas oculorum in jumentis adhiberi, testis est Gesnerus. Uruntur super carbonibus, et corium externum detrahitur usque ad medium, quod album apparet: additur Zingiber, et chalcanthum paribus portionibus, et ex his mistis, pollen in oculis equi inflatur.

Usus.

PVNCTVM V.

De Mytulis.

TAB. XV. Mytulorum nomen a Graecis mu-
tuavere Latini, μυτίλες eos illi
vocant. Dioscorides testam ipsam
μύκηα dixit: animalia Oribasius mya-
cas; Athenaeus μύας πυελώδεις, quod
scyllam quidam ex iis resipiant; Ari-
stoteles μύας πυελώδεις, non soliatos a
figura, ut Gaza vertit, nec latioris
et amplioris conchae, ut Niphus, sed
in imo maris, seu gurgite nascentes,
ut Rondeletius, nisi forte πυλώδεις,
quod in limosis producantur, dici de-
beant, ut Gesnerus innuere videtur.
Jovius cum Tellinis eosdem esse cen-
set, sed falso, ut in sequentibus appar-
ebit. Dioscorides sane, Galenus, et
Aegineta distinxere, ideo separatim
de utrisque agunt.

Descriptio. Descriptionem inter Differentias
Generatio. quaere. Sponte naturae in arenosis
Arist. de ge- proveniunt, quod ante Plinium Ari-
ner. l. 3. c. 11. stoteles prodidit: prodire tamen et
alqua ab ipsis emissa facultate, (buc-

cinae et purpurae, quae favare dicun-
tur, id est quasi a seminali natura hu-
mores quosdam mucosos emittere)
vel potius sobole, quippe minores sub-
inde juxta principium adnascentur,
Massario ex ipso Aristotele visum.

Reperere et in Cibis locum, tam
elixi quam assi. Crudi virus et scyl-
lam resipiunt. Elixii, et acrioribus
quibusdam, ut sinapi, nasturtiove
conditi, illud deponunt. Assi, sitim
vehementer excitant. Deteriores
sunt qui in locis arenosis, aut inter
testas figlinas proveniunt, quam qui
in algosis gignuntur. Autumno et Plin. H. N.
ubi multa dulcis aqua miscetur mari,
bonitatem servant, procedente tem-
pore amaritudinem trahunt, et co-
lorem rubrum. Optimi quoque my-
tuli, quando illa sic vocata ova con-
tinent. Jus corpus augere Plinius Lemn. de
reliquit: eodem fues, teste Lemnio, Nat. mira.
l. 3. c. 7. pingueſcunt.

Usus.

Majo-